



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 1. Henricus V. Rex, in Italia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXVI.

PASCHALIS II. PAPA.
HENRICUS V. IMPERAT. OCC. ALEXIUS
COMNENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Henricus V. Rex in Italia.

Romæ Paschalis II. Papa Concilio in Sæculum XI.
Ecclesia Lateranensi, die septima A.C. 1110.
Martii, anno millesimo centesimo
decimo, Indictione tertia, celebrato, to. 10. Cons.
Decreta contra Principem Clericos inve- p. 764.
stientem, & Canones contra Laicos, Bo-

N 5 na

Sæcul. XII. na Ecclesiarum conferentes, renovavit.
 A.C. 1110. Ibidem etiam excommunicantur, qui
 naufragorum res diripiunt. Eodem an-
 no Richardus Episcopus Albanensis, Pa-
 pæ Legatus, tria in Francia Concilia ce-
 lebravit, primum Claromontii in Arver-
 p. 765. 766. nia, in Festo Pentecostes, quod in diem
 vigesimam nonam Maji incidebat, alte-
 rum Tolosæ, Tertium in Monasterio S.
 Benedicti ad Ligerim amnem, prima die
 Octobris, cui Archiepiscopi quatuor,
 Daimbertus Senonensis, Rudolphus Re-
 mensis, Rudolphus Turonensis, & Leo-
 degarius Bituricensis interfuere. Jam-
 que illa ætate raro Concilia, nullo Papæ
 Legato presente, habita leguntur.

Mense Junio Papa, Roma egressus,
 Apuliam petiit, ubi Duce, Capuæ Prin-
 cipe, aliisque illius Regionis Comitibus,
 convocatis, promissum exegit, eos sibi
 auxilia præstituros esse adversus Henri-
 cum Germaniæ Regem, si opus esset,
 & ipse peteret. Romam postea rever-
 sus, eandem fidem sibi ab omnibus Prin-
 cipibus promitti postulavit. Nempe
 sciebat, quod Henricus statuisset, profe-
 ctionem in Italiam suscipere & facile
 ominabatur, quæ exinde secutura essent.
 Nec etiam Pontifex fallebatur; nam eo-
 dem anno in Festo Epiphaniæ Rex Prin-
 cipibus, Ratisbonæ ad colloquium invi-
 tatis, aperuerat, velle se superatis alpi-
 bus

Chron. Cass.
IV. c. 35.

Abbat. Ur-
sparg.

bus Romam petere, ut Coronam Imperii de manu Pontificis acciperet, & Italiam, prout Leges antiquæ juberent, Germaniæ jungeret. Grata omnibus fuit Regis oratio; certatim pollicentur, se Principem ultra alpes tendentem secuturos, & omnia itineri necessaria præparant, non obstante, quod tristis Cometa, die sexta Junii apparentis, fulgor mortalium animos terruisset. Rex sub initium mensis Augusti iter ingreditur, innumerabili stipatus exercitu, comitantibus etiam viris literatis, ad defendenda jura Regia idoneis. Inter alios erat quidam David natione Scotus, antea Scholæ Herbipolensis Rector, quem Henricus, in virtutis præmium, Capellanus suis adscripserat. Is, quæ in isto itinere gesta sunt, scripsit, sed ita ut magis Panegyrici quam Historici officio satisfecerit. Ceterum pro Regis causa argumentum afferebatur; quod nollet deturbari e possessione juris, per privilegium & consuetudinem, Antecessoribus suis a tempore Caroli Magni acquisiti, & per annos trecentos sub Pontificibus Romanis sexaginta tribus conservati, scilicet ut Episcopatus & Abbatias per traditionem annuli & baculi conferret, Contra Pontifices, quorum primus erat Gregorius VII. dicebant; quod nulli Laico competere posset, Investituram

Episco-

Sæcul. XII.
A.C. 1110.

*Guilielm.
Malmesb.
l. V. p. 166.*

Sæcul. XII. Episcopatus vel alterius cujuscunque Di-
A.C. 1111. gnitatis Ecclesiasticæ dare, quod etiam
 in Conciliis definitum fuerat. Hæc igitur
 præcipua causa Henricum permoverat
 in Italiam proficisci, ubi dissidium inter
 Imperium & Sacerdotium, enorme Fi-
 delium scandalum, tolleret. Ita de hac
 expeditione loquitur Robertus Torignia-
 Rob. a. 1111. censis, Abbas in monte S. Michaelis, illo
 Id. Prol. ævo luce fruens, Continuator Cronici
 Id. an. 1113. Sigeberti, monachi Gemblacensis, qui
 illud usque ad annum millesimum cente-
 simum deduxerat, anno millesimo cente-
 simo decimo tertio fatis functus.

§. II.

*Pacta inter Pontificem & Regem
inita.*

Henricus Rex, itinere per Longobar-
 diam confecto, & capta Novaria,
 quæ urbs obsistere victori ausa fuerat, in
 Tusciam venit, ubi solemnî Ritu Festum
 Natalis Domini Florentiæ transegit. In-
 de Legatos Romam misit, cum Papæ Mi-
 nistris de conditionibus deliberaturos,
 quibus Coronam Imperii acciperet. Cum
 igitur quinta Februarii anno millesimo
 centesimo undecimo ad vestibulum S.
 Petri in Ecclesia Dominæ Nostræ de Tur-
 ri convenissent, de sequentibus capit-
 bus consenserunt: *Imperator, datis lite-
 ris, in manibus Pontificis, præsentibus Cle-
 ricis*